

*stituti*, qui primo gradu scripti sunt; substituti, qui secundo gradu vel sequentibus heredes scripti sunt, velut: *TITIUS HERES ESTO, CERNITOQUE IN DIEBUS PROXIMIS CENTUM, QUIBUS SCIES POTERISQUE; nisi ita CREVERIS, EXHERES ESTO, TUNC MÆVIUS HERES ESTO, CERNITOQUE IN DIEBUS, et reliqua. Similiter et deinceps substitui potest.* — 31. Si sub imperfecta creatione heres institutus sit, id est, non adiectis his verbis: *si NON CREVERIS, EXHERES ESTO*, sed si ita: *si NON CREVERIS, TUNC MÆVIUS HERES ET TO, cernendo quidem superiori inferiore excludit; non cernenda autem, sed pro herede gerendo, in partem admittit substitutum. Sed postea divus Marcus constituit, ut et pro herede gerendo ex asse fiat heres. Quod si neque creverit neque pro herede gesserit, ipse excluditur, et substitutus ex asse fit heres.*

## TIT. XXIII.

## QUEMADMODUM TESTAMENTA RUMPANTUR.

1. Testamentum jure factum infirmatur duobus modis: si ruptum, aut irrum factum sit. — 2. Rumpitur testamentum mutatione, id est, si postea aliud testamentum jure factum sit; item adgnatione, id est, si suis heres adgnascatur, qui neque heres institutus, neque ut oportet exhereditatus sit. — 3. Adgnascitur suis heres aut adgnascendo, aut adoptando, aut in manum convenientendo, aut in locum sui heredis succedendo, velut nepos mortuo filio, vel emancipato, aut manumissione, id est, si filius ex prima secundave mancipacione manusmissus, reversus sit in patris potestatem. — 4. Irratum sit testamentum, si testator capite diminutus fuerit, aut si jure facto testamento nemo existenter heres. — 5. Si is qui testamentum fecit, ab hostibus captus sit, testamentum ejus valet: si quidem reversus fuerit, jure postlimini; si vero ibi decesserit, ex lege Cornelia, que perinde successionem ejus confirmat, atque si in civitate decesserit. — 6. Si septem signis testium signatum sit testamentum, licet jure civili ruptum vel irrum factum sit, praeior scriptis heredibus iuxta tabulas bonorum possessionem dat, si testator et civis romanus et sua potestatis, cum moreretur, fuit: quam bonorum possessionem cum re, id est, cum effectu habet, si nemo alius jure heres sit. — 7. Liberis impuberibus in potestate manentibus, tam natis quam postumis, heredes substituere parents possunt dupli modo, id est, aut ex quo extraneis, ut si heredes non existenter liberi, substitutus heres fiat; aut proprie jure, ut si post mortem parents heredes facti intra pubertatem decesserint, substitutus heres fiat. — 8. Etiam exhereditatus filii substituere parentibus licet. — 9. Non aliter impuberi filio substituere quis heredem potest, quam si sibi quis heredem instituerit vel ipsum filium vel quemlibet alium. — 10. Milites quomodoque fecerint testamenta, valent, id est, etiam sine legitima observatione; nam principibus constitutis permisum est illis, quomodoque vellet, quomodoque possent, testari. Idque testamentum, cum miles<sup>1</sup> contra juris regulam fecit, ita demum valet si vel in castris mortuus sit, vel post missionem intra annum.

## TIT. XXIV.

## DE LEGATIS.

1. *LEGATUM* est, quod legis modo, id est, imperative, testamento relinquitur; nam ea quæ precativo modo relinquuntur, fideicomissa vocantur. — 2. Legamus autem quatuor modis: per vindicationem, per damnationem, sinendi modo, per preceptionem. — 3. Per vindicationem his verbis legamus: *do, LEGO, CAPITO, SUMITO, SIBI<sup>2</sup> HABERE.* — 4. Per damnationem his verbis: *HERES MEUS DAMNAS ESTO DARE, DATO, FACITO; HEREDEM MEUM DARE JUBEO.* — 5. Sinendi modo ita: *HERES MEUS DAMNAS ESTO SINERE LUCIUM TITIUM SUMERE ILLAM REM, SIBIQUIS HABERE.* — 6. Per preceptionem sic: *LUCIUS TITIUS ILLAM REM PRECIPITO.* — 7. Per vindicationem legari possunt res, quæ utroque tempore ex jure quiritionis testatoris fuerunt, mortis, et quando<sup>3</sup> testamentum faciebat: præterquam si pondere numero, mensura contineantur; in his enim satis est, si vel mortis dumtaxat tempore fuerint ex jure quiritionis. — 8. Per damnationem omnes res legari possunt, etiam quæ non sunt testatoris, dummodo tales sint quæ dari possint. — 9. Liber homo, aut res populi, aut sacra, aut religiosa, nec per damnationem legari potest; quoniam dari non potest. — 10. Sinendi modo legari possunt res proprie testatoris et heredis ejus. — 11. Per preceptionem legari possunt res, quæ etiam per vindicationem. — 11<sup>4</sup>. Si ea res quæ non fuit utroque tempore

<sup>1</sup> Cod. testamentum quod illis contra. — <sup>2</sup> Cod. siv. — <sup>3</sup> Cod. quomodo.

testatoris ex jure quiritionis, per vindicationem legata sit, licet jure civili non valeat legatum, tamen senatusconsulto neroniano firmatur: quo cau- tum est ut quod minus aptis<sup>5</sup> verbis legatum est, perinde sit ac si op- timo jure legatum esset. Optimum autem jus legati per damnationem est. — 12. Si duobus eadem res per vindicationem sive disjunctim, velut « *Titio hominem Stichum do lego; Seio euudem hominem do lego<sup>6</sup>* » legata sit: si vero conjunctim, velut *TITIO ET SEIO HOMINEM STICHUM DO LEGO*, jure civili concursu partes fiebant, non concurrente altero pars ejus alteri adrescebat; sed post legem Papiam Poppeam non capientis pars caduca fit. — 13. Si per damnationem eadem res duobus legata sit: siquidem conjunctim, singulis partes debentur, et non capientis pars jure civili in hereditate remanebat; nunc autem caduca fit: quod si disjunctim, singulis solidum debetur. — 14. Optione autem legati per vindicationem data, legatarii electio est, veluti: *HOMINEM OPTATO, EIGITO.* Idemque est, eti si tacita legaverim *TITIO HOMINEM AUT DECEM HERES MEUS DATO*. Hominem dare heredis electio est quem velit dare. — 15. Ante heredis institutionem legari non potest; quoniam et potestas testamenti ab heredis institutione incipit. — 16. Post mortem heredis legari non potest, ne ab heredis herede legari videatur, quod juris civilis ratio non patitur. In mortis autem heredis tempus legari potest, velut: *cum HERES MORIATUR.* — 17. Penna causa legari non potest. Penna autem causa legatur, quod coercendi heredis causa relinquitur, ut faciat quid aut non faciat, non ut ad legatarium pertineat, ut puta hoc modo: *si FILIA TUAM IN MATRIMONIO TITIO CONLOCAYERIS, DECEM SEIO DATO.* — 18. Incerte persone legari non potest, veluti: *QUICUNQUE FILIO MEO FILIAM SUAM IN MATRIMONIO CONLOCAYERIS, EI HERES MEUS TOT MILLIA<sup>7</sup> DATO.* Sub certa tamen demonstratione incerte persone legari potest, veluti: *EX COGNATIS MEIS, QUI NUNG SUNT, QUI PRIMO AD FUNUS MEUM VENERIT, EI HERES MEUS ILLUD DATO.* — 19. Neque ex falsa demonstratione, neque ex falsa causa legatum infirmatur. Falsa demonstratio est velut: *TITIO FUNDUM QUEN A TITIO EM, DO LEGO.* cum is fundus a Titio emptus non sit. Falsa causa est velut: *TITIO, QUONIAM NEGOTIA MEA CURAVIT, FUNDUM DO LEGO, ut illa negotia ejus nunquam Titius curasset.* — 20. A legatario legari non potest. — 21. Legatum ei<sup>8</sup> tantum dari potest, qui extraneus est: ideoque si filiofamilia herede instituto vel servo, neque a patre neque a domino legari potest. — 22. Heredi a semetipso legari non potest. — 23. Ei qui in potestate, manu mancipiove est scripti heredis, sub conditione legari potest; ut requiratur, quo tempore dies legati cedit, in potestate heredis non sit. — 24. Ei cuius in potestate, manu mancipiove est heres scriptus, legari non potest. — 25. Sicut singula res legari possunt, ita universarum quoque summa legari potest, ut puta hoc modo: *HERES MEUS CUM TITIO HEREDITATEM MEAM PARTITO, DIVIDITO; quo casu dimidia pars bonorum legata videtur.* Potest autem et alia pars, velut tertia vel quarta, legari: quo species partito appellatur. — 26. Ususfructus jure civili legari potest earum rerum, quarum salva substantia utendi frumenti potest esse facultas; et tam singularium rerum quam plurim; item<sup>9</sup> pars. — 27. Senatusconsulto cautum est, ut etiam si earum rerum quæ in abuso continentur, ut puta vini, olei, tritici, ususfructus legatus sit, legatario res tradatur, cautionibus interpositis de restituendis iis cum ususfructu ad legatarium pertinere desierit. — 28. Civitatibus omnibus quæ sub imperio P. romani sunt<sup>10</sup>, legari potest: idque a dvo Nerva introductum, postea a senatu auctore Adriano diligentius constitutum est. — 29. Legatum quod datum est, adimi potest vel codem testamento vel codicilli testamento confirmatis; dum tamen codem modo admittatur, quo modo datum est. — 30. Ad heredem legatarii legata non aliter transeunt, nisi si dies legatariorum cedente legatariorum decesserit. — 31. Legatorum quæ pure vel in diem certum relicta sunt, dies cedit, antiquo quidem jure, ex mortis testatoris tempore; per legem autem Papiam Poppeam, ex apertis tabulis testimenti: eorum vero quæ sub conditione relicta sunt, cum conditio existerit. — 32. Lex Falciaria jubet non plus quam dodrantem totius patrimonii legari, ut omnimodo quadrans integer apud heredem remaneat. — 33. Legatorum perperam solutorum repetitio non est.

## TIT. XXV.

## DE FIDEICOMMISSIS.

1. Fideicommissum est, quod non civilibus verbis, sed precativo relinquitur; nec ex rigore juris civilis proficiscitur, sed ex voluntate datur relinquentis. — 2. Verba fideicommissorum in usu fere hec sunt: *FIDEICOMMITTO, PETO, VOLO DARI, et similia.* — 3. Etiam nutu relinquere si-

<sup>5</sup> Cod. factus. Al. rectis. Al. justis. — <sup>6</sup> V. Gaium, 2. inst. 139. — <sup>7</sup> Cod. ei nomine tot centum mili. — <sup>8</sup> Cod. 7 ad eo. — <sup>9</sup> Cod. quoniam pietatum, id est, pietatis. — <sup>10</sup> Cod. sub in- pietatis pietatis, legari potest.

deicommissum [ in ] usu receptum est. — 4. Fideicommissum relinquere possunt, qui testamentum facere possunt, licet non fecerint; nam intestatus qui moriturus fideicommissum relinqueat potest. — 5. Res per fideicommissum relinquere possunt, quæ etiam per damnationem legari possunt. — 6. Fideicommissari possunt his quibus legari potest. — 7. Latini juniani fideicommissum capere possunt, licet legatum capere non possint. — 8. Fideicommissum, et ante heredis institutionem, et post mortem heredis, et codicillis etiam non confirmatis testamento, dari potest, licet legari non possit. — 9. Item græce fideicommissum scriptum valet, licet legatum græce scriptum non valeat. — 10. Filio qui in potestate est servore institutus, seu his legatum sit, patris vel domini fidei committi potest; quoniam ab eo legari non possit. — 11. Qui testamento heres institutus est, codicillis etiam non confirmatis rogaris potest, vel ut hereditatem totam vel ex parte alii restitut; quoniam directo heres institutus ne quidem confirmatis codicillis possit. — 12. Fideicommissa non per formulam petuntur, ut legata; sed cogitio est Roma quidem consulum, aut praetoris qui fideicommissum vocatur; in provinciis vero, presidum provinciarum. — 13. Penna causa vel incerte persone, ne quidem fideicommissa dari possunt. — 14. Is qui rogatus est alii restituere hereditatem, lege quidem Falciaria Locum non habente, quoniam non plus, puta, quam dorantem restituere rogatus est, ex trebelliano senatusconsulto restituit: ut ei et in eum dentur actiones, cui restituta est hereditas. Lege autem Falciaria interveniente, quoniam plus quam dorantem vel etiam totam hereditatem restituere rogatus sit, ex pegasiano senatusconsulto restituit: ut deducta parte quarta, ipsi qui scriptus est heres, et in ipsum actiones conservatur; ut autem qui recipit hereditatem, legatarii loco habeatur. — 15. Ex pegasiano senatusconsulto restituta hereditate, commoda et incommoda hereditatis communicantur inter heredem et cum cui reliqua partes restituta sunt, interpositis stipulationibus ad exemplum partis et pro parte stipulationum. Partis autem et pro parte stipulationes proprie dicuntur, quæ de lucro et danno comunicando solent interponi inter heredem et legatarium partiarium, id est, cum quo partitus est heres. — 16. Si heres damnosam hereditatem dicat, cogitare a praetore adire, et restituere totam: ita ut ei et in eum qui recipit hereditatem, qui in potestate manserunt. — 17. Emancipatis liberis ex edicto datur bonorum possessio, si parati sunt cavere fratribus<sup>11</sup> suis qui in potestate manserunt, bona quæ moriente patre habuerint, se collatores. — 18. Secundum tabulas bonorum possessio datur scriptis heredibus, scilicet, si eorum quibus contra tabulas competit, nemo sit, aut petere nolint. — 19. Etiamsi jure civili non valeat testamentum, forte quod familie mancipatio vel nuncupatio defuit, si signatum testamentum sit non minus quam septem testium civium romanorum signis, bonorum possessio datur. — 20. Intestatum datur bonorum possessio per septem gradus: primo gradu liberis; secundo legitimis heredibus; tertio proximis cognatis; quarto familiae patrionis; quinto patrono patrone, item liberis patrionis patronæ; sexto viro uxori; septimo cognatis manu missoris quibus per legem Furianum plus mille asces capere licet. Et si nemo sit ad bonorum possessio pertinere possit, aut sit quidem, sed jus suum omiserit, populo bona deferuntur ex lege Julia caducaria. — 21. Liberis bonorum possessio datur, tam his qui in potestate usque in mortis tempus fuerunt, quam emancipatis: item adgnitivos, non tamen etiam in adoptionem datus. — 22. Proximi cognati bonorum possessionem accipiunt, non solum per feminini sexus personam cognati, sed etiam adgnati capite diminuti; nam, licet legitimum jus adgnationis capitum minutiōne amiserint, natura tam cognati manent. — 23. Bonorum possessio datur parentibus et liberis intra annum, ex quo petere potuerunt; ceteris, intra centum dies. — 24. Qui omnes intra id tempus, si non petierint bonorum possessio, seqvens gradus admittitur, perinde ac si superiores non essent: idque per septem gradus fit. — 25. Hi quibus ex successorio edicto bonorum possessio datur, heredes quidem non sunt, sed heridis loco constituantur beneficio praetoris. Ideoque seu ipsi agant, seu cum his agatur, fictitiis actionibus opus est, in quibus heredes esse finguntur. — 26. Bonorum possessio aut cum re datur, aut sine re: cum re, cum is qui accipit, cum affectu bona retineat; sine re, cum aliis jure civili evincere hereditatem possit; veluti, si suis heres intestati sit, bonorum possessio sine re est, quoniam suis heres evincere hereditatem jure legitimo possit.

## TIT. XXVI.

## DE LEGITIMIS HEREDIBUS.

4. Intestatorum ingenuorum hereditates pertinent primum ad suis heredes, id est, liberos qui in potestate sunt, ceterosque qui [in] liberorum loco sunt; si sui heredes non sunt ad consanguineos. id est, fratres et sorores ex eodem patre; si nec hi sunt, ad reliquos adgnatos proximos, id est, cognatis virili sexus, per marces descendentes, ejusdem familie. Id enim cautum est lege duodecim tabularum hac: *SI INTESTATO MORIRUT, CUI SUIS HERES NEC SIT, ADGNATUS PROXIMIS FAMILIAM HABETO.* — 2. Si defuncto sit filius, et ex altero filio mortuo jam nepos unus vel etiam plures, ad omnes hereditas pertinet, non ut in capita dividatur, sed in stirpes, id est, ut filius solus medium partem habeat, et nepotes quotquot sunt alteram dimidiat. *Aequum est enim nepotes in patris sui locum succedere, et eam partem habere quam pater eorum, si vivent, habiturus eset.* — 3. Quamdui suis heres speratur heres fieri posse, tamdui locus adgnatus non est: velut si uxor defuncti prægnans sit, aut filius apud hospites sit. — 4. Adgnatorum hereditates dividuntur in capita: velut si sit fratris filius et alterius fratris duo plures liberi, quotquot sunt ab utraque parte personæ, tot sunt portiones, ut singuli singulas capiant. — 5. Si plures eodem gradu sint adgnati, et quidam eorum hereditatem ad se pertinere noluerint, vel antequam adierint, decesserint, eorum pars ad crescere his qui adierint. Quod si nemo eorum adierit, ad insequente gradum ex lege hereditas non transmittitur, quoniam in legitimis hereditibus successio non est. — 6. Ad feminas ultra consanguineorum gradum legitima hereditas non pertinet. Itaque soror fratri soror legata hereditate sit. — 7. Ad liberos matris intestatae hereditatis ex lege duodecim tabularum non pertinet, quia feminine suis heredes non habent;

## TIT. XXIX.

## DE BONIS LIBERTORUM.

4. Civis romani liberti hereditatem lex duodecim tabularum patrono defert, si intestato sine suo herede libertus decesserit. Ideoque, sive tes-

<sup>11</sup> Cod. patiens. — <sup>12</sup> Ulp. lib. sing., tit. de legitimis hereditatibus. Si agnatus defunctus non sit, eadem lex duodecim tabularum gentiles ad hereditatem vocat his verbis: *si agnatus nec escit, gentiles familiam haleant.* Nec gentilium iura in usu sunt. (P. coll. leg. M. c. l. xvi, 4.)

tamento facto decedat, licet suus heres ei non sit; seu intestato, et suus heres ei sit, quamvis non naturalis, sed uxor puta quae in manu fuit, vel adoptivus filius, lex patrono nihil prestat. Sed ex edicto pratoris, seu testamento *facto* libertus moriatur, ut aut nihil aut minus quam partem dimidiam bonorum patrono relinquat, contra tabulas testamenti partis dimidiae bonorum possessio illi datur, nisi libertus aliquem ex naturalibus liberis successorem sibi relinquat; sive intestato decedat, et uxorem forte in manu vel adoptivum filium relinquat, aequa pars medie bonorum possessio contra suos heredes patrono datur. — 2. In bonis liberta patrono nihil juris ex edicto datur. Itaque seu intestata moriatur liberta, semper ad eum hereditas pertinet, licet liberi sint liberta, quoniam non sunt sui heredes matri. — 3.... obstat patrono. Lex Papia Poppaea postea libertas quatuor liberorum jure tutela patronorum liberavit; et cum

## DOMITIUS ULPIANUS

LIBRO II INSTITUTIONUM<sup>2</sup>.

## TIT.

## DE SUCCESSIONIBUS AB INTESTATO.

Ab intestato quoque hereditas defertur aut per jus civile, aut per pratoris beneficium. Per jus civile, suis hereditibus vel liberis qui in potestate fuerunt; filii filiae, et deinceps, qui in locum defuncti parentis, qui ex eodem nati sunt, succedunt.

Post suos ab intestato legitimi admittuntur, primum consanguinei: ii. sunt fratres et soror qui in eiusdem potestate patris fuerunt, et si ex diversis matribus nati sunt. Consanguineos et adoptione facit et adrogatio, causa probatio et in manu conventio.

E consanguineis legitimi vocantur. Hi sunt agnati qui nos per patris cognitionem contingunt, virilis sexus; nam sciendum feminis ultra consanguineas hereditates legitimas non deferunt. Suis prator solet emancipatos liberos, itemque civitate donatos conjugere, data honorum possessione: sic tamen ut bona, si que propria habent, his qui in potestate manserunt, conferant. Nam aquissimum putavit neque eos bonis pater-

nis carere, per hoc quia non sunt in potestate, neque praecipua bona propria habere, cum partem sint ablaturi suis hereditibus.

Post consanguineos prator vocat cognatos: cognati autem sunt qui nos per patrem aut matrem contingunt; post cognatos, virum et uxorem. Et haec, si qui decepit, non fuit libertinus vel stirpis libertina. Ceterum, si libertinus est vel libertina, ad patronum ejus legitima hereditas patronam lege duodecim tabularum referunt.

Post familial patroni<sup>3</sup> vocat prator patronum et patronam, item liberos et parentes patroni et patronae; deinde virum et uxorem; mox cognatos patroni et patronae. Quod si quis decepit liber fuit ex remanicipatione manumissus, lex quidem duodecim tabularum manumissori legitimam hereditatem detulit; sed prator aequitate motus decem personas cognatorum ei præstulit has: patrem matrem, filium filiam, avum aviam, nepotem neptem, fratrem sororem, ne quis occasione juris sanguinis necessitudinem vinceret. Sed imperator noster, in hereditatisibus que ab intestato defuerunt, eas solas personas voluit admitti quibus decimae immunitatem ipse tribuit.

## JULII PAULI

## SENTENTIARUM RECEPTRARUM AD FILIUM

## LIBER PRIMUS.

## TIT. I.

## DE PACTIS CONVENTIS.

1. De his rebus pacisci possumus, de quibus transigere licet. Ex his enim pacti obligatio sollemmodo nascitur. — 2. Omne pactum posteriori pacto dissolvitur, licet pariat exceptionem. — 3. Pacto convento Aquiliana stipulaci subjici solet, sed consultus est huic ponam quoque subiungere; quia recessio quoquo modo pacto, pena ex stipulatu repeti potest. — 4. Neque contra leges, neque contra bonos mores pacisci possumus. \* Pactum contra ius aut constitutiones aut senatusconsultum interpositum nihil momenti habet. — 5. De rebus litigiosis et convenire et transigere possumus. Post rem judicatam pactum, nisi donationis causa interponatur, servari non oportet. — 6. \* Functio dotis pacto mutari non potest, quia privata conventio juri publico nihil derogat. — 7. \* De criminibus propter infamiam nemo cum adversario pacisci potest

<sup>1</sup>. Cod. PATRONO. — 2. V. coll. leg. M. et R. xvi, 5, 6, 7, 8 et 9. — 3. Pitt. familial LIBERTATI.

## TIT. II.

## DE COGNITORIBUS.

1. Omnes infames qui postulare prohibentur, cognitores fieri non possunt, etiam volentibus adversariis. — 2. Feminae in rem suam cognitorum operam suscipere non prohibentur. — 3. In rem suam cognitorum procuratorve ille fieri potest, qui pro omnibus postulat. — 4. Actio iudicati non solum in dominum aut domino, sed etiam heredi et in heredem datur.

## TIT. III.

## DE PROCURATORIBUS.

1. Mandari potest procuratio presenti, et nudis verbis, et per literas, et per nuncium, et apud acta praesidis et magistratus. — 2. Procurator aut ad item, aut ad omne negotium, aut ad partem negotii, aut ad res

intulerit, jam posse eas sine auctoritate patronorum testari, prospexit ut pro numero liberorum libertate superstitem virilis pars patrono debeatur. — 4. Liberi patroni virilis sexus eadem jura in bonis libertorum parentum suorum habent, quae ei ipse patronus. Feminae vero ex lege quidem duodecim tabularum perinde ius habent, atque masculi patronorum liberi. — 5. Contra tabulas autem testamenti liberti, aut ab intestato contra suos heredes non naturales, bonorum possessio eis non competit. Sed si jus trium liberorum habuerint, etiam haec jura ex lege Papia Poppaea nanciscuntur. — 6. Patrona in bonis libertorum illud ius tantum habent, quod lex duodecim tabularum introdixit. Sed postea lex Papia patronae duobus liberis honorata, libertinæ tribus, id juris dedit quod patronus habet ex edicto. — 7. Item ingenue trium liberorum iure honoratae eadem lex id jus dedit, quod ipsi patronæ<sup>1</sup> tribuit.

## TIT. IV.

## DE NEGOTIIS GESTIS.

1. Qui negotia aliena gerit, et bonam fidem et exactam diligentiam rebus ejus pro quo intervenit, prestare debet. — 2. Tutor post finitam tutelam si in administratione duret, actione negotiorum gestorum pupilli vel curatori ejus tenebitur. — 3. Si pecunia quis negotium gerat, usuras quoque totius temporis prestare cogitet; et periculum eorum nominum quibus colloquavit, agnoscer, si litis tempore solvendo non sint. Hoc enim in bona fidei iudicis servari convenient. — 4. Mater qua filiorum suorum rebus intervenit, actione negotiorum gestorum et ipsis et eorum tutoribus tenebitur. — 5. Filii familiæ aut servus si negotium alijus gerant, in patrem dominum pecunia tenus actio dabitur. — 6. Si pater vel dominus servo vel filio familiæ aliena agenda negotia commiserit, in solidum tenebitur. — 7. Pater, si emancipati filii res sine ulla exceptione a se donata administraverit, filio actione negotiorum gestorum tenebitur. — 8. Qui cum tutor curatore non esset, si pro tutore curatore res pupilli adulstive administraverit, actione negotiorum gestorum pro tutore curatore tenebitur.

## TIT. V.

## DE CALUMNIATORIBUS.

1. Calumniosus est, qui sciens prudensque per fraudem negotium alij comparat. — 2. Et in privatis et in publicis iudicis omnes calumniosi extra ordinem pro qualitate admissi plectuntur.

## TIT. VI (A).

## DE FUGITIVIS.

1. Servus a fugitario comparatus, intra decem annos manumitti contra prioris domini voluntatem non potest. — 2. Contra decretum amplissimi ordinis fugitivum in fuga constitutum nec emere nec vendere permisum est, irrogata pena in utrumque secessit. D. millium. — 3. Limenarchæ et stationari fugitivos deprehensorum recte in custodiam retinent. — 4. Magistratus municipales ad officium presidis provinciae vel proconsulis comprehensos fugitivos recte transmitunt. — 5. Fugiti in fundis fiscalibus queri et comprehendendi possunt. — 6. Fugiti qui a domino non agnoscantur, per officium praefecti vigilis distrahanter. — 7. Intra triennium venditionis agiti fugiti emptor pretium a fisco recipere potest.

## TIT. VI (B).

## DE REIS INSTITUTIS.

1. De his criminibus quibus quis absolutus est, ab eo qui accusavit, reficeri accusatio non potest. — 2. Filius accusatoris, si hoc crimen quod pater intendit, post liberatum reum persequi velit, ab accusatione removendum est. — 3. Crimen in quo alius destitutus, vel virtus recessit, alius objicere non prohibetur.

## TIT. VII.

## DE INTEGRIS RESTITUTIONE.

1. Integri restitutio est redintegranda rei vel causæ actio. — 2. Integri restitutioem prator tribuit ex his causis, quæ per metum, dolum et status permutationem, et justum errorem, et absentiam necessariam, et infirmitatem etatis gesta esse dicuntur. — 3. Integri restitutio plus quam semel non est decernenda: ideoque causa cognita decernitur. — 4. Integri restitutio aut in rem competit, aut in personam. In rem actio

competit, ut res ipsa de qua agitur, revocetur. In personam, aut quadrupli pena intra annum, vel simpli post annum peti potest. — 5. Si aliquis, ut se de vi latronum vel hostium vel populi liberaret, aliquid mancipavit vel promisit, ad metum non pertinet; mercedem enim depulsi metus tribuit. — 6. Servis per metum mancipatus, quidquid adquisierit vel stipulatus sit, ei adquirit qui vim passus est. — 7. Vis est major rei impetus, qui repellit non potest. — 8. Qui quem in domo inclusit, ut sibi rem manciparet aut promitteret, extorsisse mancipacionem videtur. — 9. Qui quem ferro vinxit, ut sibi aliquid tradaret aut vendaret, vim intulisse videtur. — 10. Qui in carcere quem detrusit, ut aliquid ei extorqueret, quidquid ob hanc causam factum est, nullius momenti est.

## TIT. VIII.

## DE DOLO MALO.

1. Dolus malus est, cum aliud agitur, aliud simulatur. — 2. Qui dolum aut metum adhibuit, ut res ad alium transire, uterque de vi et dolo actione tenebitur.

## TIT. IX.

## DE MINORIBUS XXV ANNORUM.

1. Minor xxv annorum, si aliquid flagitium admiserit quod ad publicam coercionem spectet, ob hoc in integrum restitu non potest. — 2. Qui minor mandavit ut negotio sua agat, ex ejus persona in integrum restitu non potest, nisi minor sua sponte negotio ejus intervenerit. — 3. Si major effectus rem quam minor egit, pacto vel silentio comprevavit, aduersus hoc quoque in integrum restitu frusta desiderat. — 4. Si minor minori heres existat, heres ex sua persona, non ex defuncti, in integrum restitu potest. — 5. Minor se in his quæ fidejussit, vel fidepromisit, vel spopondit, vel mandavit, in integrum restituendo, reum principalem non liberat. — 6. Qui sciens prudensque se pro minore obligavit, si id consulto consilio fecit, licet minori succurratur, ipsi tamen non succurretur. — 7. Minor aduersus emptorem in integrum restitutus, pretio restituto fundum recipere potest. Fructus enim in compensationem usurarum penes emptorem remanere placuit. — 8. Minor aduersus distinctionem eorum pignorum et fiduciarum quas pater obli-gaverat, si non ita ut oportuit a creditore distractæ sint, restitui in integrum potest.

## TIT. X.

## DE PLUS PETENEO.

Causa cadimus aut loco, aut summa, aut tempore, aut qualitate: l. co-alibi; summa, plus<sup>2</sup>; tempore, repetendo ante tempus; qualitate, ejusdem speciei rem meliorem postulantur.

## TIT. XI.

## DE SATISDANDO.

1. Quoties hereditas petitur, satisdatio jure desideratur: et si satisdatio non detur, in petitorem hereditas transfertur. Si petitor satisdare noluerit, penes possessorem possessor remanet: in pari enim causa potior est possessio. — 2. Usufructarius de utendo usufructu satisdare debet, se perinde usurum ac si ipse patrifamilias uteretur.

## TIT. XII.

## DE JUDICIS OMNIBUS.

1. Hi qui falsa prescriptione usi fuerint, lege Cornelia de falsis puniuntur. — 2. Ex his, qui ancillam corrupit alienam, aliam reformare cogendus est. — 3. Qui falsum nesciens allegavit, falsi pena non tenetur. — 4. In caput domini patronive, nec servus, nec libertus interrogari potest. — 5. Prægnantes neque torqueri neque damnari, nisi post editum partum, possunt. — 6. Qui scriptum a principe falsa allegatione elicerint, uti eo prohibentur. — 7. Qui de confessus est, in alium torqueri non potest, ne alienam salutem in dubium deducat, qui de sua desperavit.

<sup>1</sup>. Cuj. victo. — 2. Cuj. loco, si alibi; summo, si plus quam dancs, petitus; tempore, e.c.